



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De nominibus quibus sect[a]e appellant catholicos. tit. 191

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

er hoc
diam
dat
ace
puff
unt,
dicis,
Cler
qua
um fa
ado
ado
debat
zona
Matt.
con
aberr
offic
xim
&c. fi
amani
licanii
a rive
talis,
&c. Se
o mo
em par
inatio
Mifia,
a fecti
rum &
Caefiu
aciat
coram

eramentorum, & quod Deo placeant opera sua, ma-
necin catholica vnitate, alioqui in secta omnia e-
mari in fructuosa & inutilia. Christus inquit Matth.
5. Vade recōciliari primum fratri tuo, & 1. Cor. 13. Si
habueris omnem fidem. Ideo inquit Augustinus Epi-
tol. 16. Si angelus de cælo, &c. quid prodest medici-
nae operatione: quid si membra sana sunt, & cor
tum est infirmum? Obedientia plus est quam victi-
ma. 1. Reg. 15. Eras, in Psalm. 83. Deterior est, qui rece-
dit ab Ecclesiæ consortio, quam qui impiè viuit, &c.

DE NOMINIBUS, QVI-

bus sectæ appellant catholicos.

TITVLVS C X C I .

PRIMÒ, testatur Euangeliū, quomodo, Iu-
dei & illorū Pharisei varijs nominibus
appellārunt Christum, seductorem, pec-
catorem, Ioan. 9 Dæmoniacum, magū,
Luc. 11. in Beelzebub principe dæmonio-
rum ejcentem demoniā &c. Amatorem gloriæ, Ioā.
1. Tu de te ipso testimoniū dicis &c. dæmoniū habes
kerz non enim poterant vincere Christum, ideo ad
contumelias currunt: quod etiam proprium est hære-
tiorum, vt relicta causa fidei, personas grauent
August. lib. 3. cōtra literas Petiliani, cap. 1.
Secun dō, sic appellant Hæreti cōcatholicos: lupos,
papisticos, Phariseos, qui operibus volunt saluari,
blasphemos in Deum, & quod sint ministri diaboli
stantes & cuntes. August. lib. 2. contra literas Petilia-
ni, cap. 83. & 73. Nos lupi non sumus, sed vos potius
hæretici. Nos patimur nos reperi in uno ouili, Ioā.
10. & in hoc Christi vocem, vt obedientes oves, audi-
mus: vos varia conuenticula sectaria habetis, ita
hic Luterus, illic Zuinglius &cæt. Nos colligimus
Christi oves in unam fidem & dilectionem, vos vt lu-
pirapitis & dispergitis: nos audimus Ecclesiam per
FFe 4 orbe m

orbem extensam, vos in angulis susurratis: Nos doc-
mus simpliciter oves, vos lupinis dentibus & can-
cijs vulneratis conscientias quotidiè: ergo vos chi-
veri lupi, & fructus vestri hoc ostendunt, Matth. 7.

16.

Secundò, quòd vocant nos Papisticos, nos Papas
non adoramus, nec illi adulamur, sed eum, ut minime
triale caput in terris & vicarium Christi agnoscimus,
iuxta mandatum Christi: Tu es Petrus, & super hanc
petram, Mat. 16. Regimen eius agnoscimus in re fidei
& ordine. Nullum haeresiarcham & Ecclesiam catholi-
cæ inimicum audimus. sed Christum adoramus: hic
obedientiam propter Christum praestamus ad conser-
uandam unionem & charitatem. Nam Ecclesia quid
est aliud, nisi congregatio in unitate fidei & dilectionis
vnita, &c. Vos autem contumaces estis, & con-
temptores potestatis: ideò non estis sine crimine.
Roman. 13. Obedire debetis, nedum propter gladium,
sed etiam propter conscientiam, &c.

Tertio non sumus iustitiarij seu sanctuli, qui sine
fide in Christum putat se per opera solum esse justos
& saluos. Hoc enim Iudæi faciunt. Sed ex fide obedi-
mus legi Dei, sicut Apostolus docet, Roman. 3. & om-
nia opera, cæremonie, includuntur sub præceptis di-
uinis: & quāquam omnia fecerimus, seruos nos dici-
mus inutiles, Luc. 17. Salutem & iustificationem tri-
buimus sanguini Christi, ut cause At distributionem,
retentionem, &c. obedientia legis diuinæ, vnde in-
gentia præmia speramus ex gratia & promissione,
&c. 1. Cor. 15. Differt stella à stella &c.

Quartò, quòd nos tradunt dæmonibus, hoc pro-
prium est illorum, quos Sathanas possidet, Matth. 11.
inquit Christus: Venit Ioannes Baptista, nec mandu-
cans nec bibens, & cætet. & dicunt: dæmonium ha-
bet. Venit filius hominis, & manducat & bibit cum
hominibus, & dicunt: Ecce homo vorax & bibilis,
amicus peccatorum & teloniorum. Iudicati sunt a

genti.

gentibus omnes S. Martyres, tanquam magi, insani,
 &c. Si ergo Christo & sanctis suis fidei confessoribus
 & testibus hoc factum, non mirum, si & nobis hoc sa-
 ciant satanæ discipuli. Oportet attendere Matth. 5.
 Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & per-
 secuti vos fuerint, & dixerint omne malum &c. Luc.
 6. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

*QVUMODO TEMPORÆ
 hæresum se habeat catholicus,
 ne erret.*

TITVLVS CXCII.

PRIMÒ, Christus iussit discipulos suos
 vigilare & orare, ne intrent in tenta-
 tionem, Mat. 26. Ideo catholicus cum
 primis orare debet, ne eum Deus per-
 mittat cadere ab unitate Catholica,
 Mat. 6. sicut Susanna orauit pro conseruatione casti-
 tatis, quādō à senibus solicitabatur, Danie. 13. & ado-
 lessens pulcher Ioseph à fœmina Aegyptia, Gene. 39.
 Sic Ecclesia orat pro cōseruatione & tuitione ipsius
 proper Christum.

Secundò vigilare, id est, attendere diligenter ad ca-
 pus, sicut inquit Cyprianus de simplicitate prælato-
 rum. Nam ideo dedit Deus superioritatem, ut unitas
 conseretur. Ideo debemus attendere tempore hæ-
 refum ad supremum Magistratum, & iuxta illum nos
 regere & constantes permanere. Ideo inquit Aposto-
 lus, Rom. 13. Omnis anima sit subiecta potestati.

At inquires : Quis est ille supremus magistratus?
 Nunquid Papa? nunquid Cæsar? Respondeo, illa licet
 sint precipua capita ecclesiæ, attamē quia illi possunt
 errare, sicut Papa Liberius factus fuit Arrianus, qui
 tamen postea resipuit, & Constantinus Imperator si-
 militer Arrian⁹ est factus, ideo supremus magistratus

FF f 5 est